36



R. P. D.

ALTHANN

Hyspalen. Decimarum.

Lunæ 27. Aprilis 1716.



EXEMPTIO ab onere Decimarum, qua potiuntur Patres Carmelitæ in quodam magno Horto intra septa eorum Conuentus Sanctæ Mariæ *de los Remedios* nuncupat. extra Muros Ciuitatis Hyspalen. posito, diù in Iudiciali foro oppugnata à Capitulo Metropolitanæ Ecclesiæ eiusdem Ciuitatis, semper clarior effulxit, vtpotè per tres Sententias in Partibus, & alteram nostri Tribunalis, præuia decisione ædita 11. Februarij 1715. coram Eminentissimo Scotto comprobata, & à Signatura Iustitiæ mediante clausula = *sinè præiudicio* = collaudata cum successiua expensarum taxatione, sed hactenùs neutiquam

tiquam

tiquam conquiescens idem Capitulum, cum nouissimam peroptans iudiciariam tentare sortem, ylteriùs Causam mihi committi curauerit, ad Commissionis tramites in hodierna Audientia discептandum Dominis meis exposui dubium = *An constet de re Iudicata, seù potiùs de Causis restitutionis in integrum*, & responsum reportaui = *Constare de re iudicata*.

Nulla quippè dubitandi apud Dominos intercessit occasio, quod huiusmodi res iudicata reddatur vndiquè patens non solum ex tribus, immò quatuor Sententijs conformibus, sed etiam ex rescripro Signaturæ Iustitiæ cum clausula = *sinè præiudicio* = vt de prima litteralitèr sancitum habetur in *Clement. vt calumnijs de sentent., & re iudicata, & in leg. vnic. Cod. nè liceat in vn. & ead. caus.*, & tradit *Rota in Meleuitana Iurispatronatus* 29. *Aprilis* 1701. §. *Dubitari enim coram Eminentissimo de la Tremoille*, & in terminis prędictæ clausulæ dixit *Rota in Romnua Funeralium* 10. *Martij* 1713. §. *Respectu siquidem coram R. P. D. meo Crispo, & in Baren. Beneficij* 1. *Iulij* 1715. *coram R. P. D. meo Falconerio*, & de vtraque respondit eadem *Rot. in Firmana Commendæ* 23. *Martij proximè prętériti* §. *Perspicua enim coram Me*, adeoùt aduersus illam vti de sui natura rem claram, atque manifestam facientem haud quaquam concedi queat restitutio in integrum, nisi concludentèr doceatur de nullitate, siuè læsione resultante ex earundem Sententiarum iniustitia, & quidèm euidente, aliàs si dubia foret, aut æquiuoca, semper deneganda est, ad tradita per *Bart. in leg. prima n.5. & 9. Cod. si aduersus rem Iudic. & Rota in decis.*323. *nu.*1. *& seqq. coram Buratt. decis.*194. *num.*1. *& seqq. par.* 19. *recent. in Bononien. diuisionis* 15. *Martij* 1715. §. *Cur enim coram R. P. D. meo Ansaldo, & in dicta Firmana Commendæ dicto* §. *Perspicua enim coram Me*.

Neutram autem ex illis in præsenti hypothesi concurrere demonstrabatur; Validitas enim earundem Sententiarum in discrimen reuocata nunquam fuit, & Iustitia magis perspicua esse nequibat tanquam emanans ex publico Instrumento, in quo Capitulum permutando eundem Hortum cum quibusdam domibus ad prædictum Conuentum spectantibus, illum tradidit eisdem Patribus Carmelitis cum promissione omnimodæ libertatis, & exemptionis ab omnibus, & quibuscumque oneribus, adhibita etiam expressa obligatione omnium, & singulorum bonorum suorum pro manutentione eiusdem libertatis, cuius proindè permutationis vigore si libertas in ea ità effusè promissa non patitur, decimarum onus, cum istæ dicantur onera realia illi resistentia, non secùs, ac collectæ, & tributa, vt testantur *Federic. de Sen. cons.*81. *num.*2., *Valenzuel. cons.*33. *num.*37., *Ansald. de Iurisdict. par.*5. *tit.*2. *num.*30. *Card. de Luca de decim. disc.*5. *num.* 12., *Bonden. collect. legal.* 14. *num.*118., *& collect.*28. *num.*51. *lib.* 2. euidens exindè redditur, quod sicuti idem Capitulum vti expresè obligatum ad manuten-

tio-

tionem libertatis rei permutatæ euitare minimè valeret relaxationem mandati ad factum pro liberatione, siuè præstatione summæ, pro qua molestias inferri, atque promissam libertatem à pretensa seruitute decimandi euerti contingeret, vt agendo promiscuè de quibuscumque oneribus latè tradunt *Vrceol. consultat. 65. num.1. & seqq. Posth. decis. Bononien. 29. num. 2. & seq., & dec. 79. num. 18. & sequen., & Rota in Asculana dotis 28. Nouembris 1704. §. Iniustitia coram bon. mem. Omaña, in Romana locorum Montium 12. Ianuarij 1705. §. Eius enim coram Reuerendissimo Kaunitz Episcopo Lobacen., & in Romana, seù Albanen. bonorum 12. Martij* 1708. §. *Nimis coram R. P. D. Aldrouando*, & in præcisis terminis detecti oneris decimarum *in Bononien. liberationis à molestijs 27. Martij 1713. §. Etenim coram R.P.D. meo Lancetta, & in secunda decisione huius Causæ §. Duplici coram Eminentissimo Scotto*. Ità quàm maximè illud arceri debet ab actione intentata super prætenso iure decimandi aduersùs eosdem Patres, cùm istorum fauore semper militet vulgata exceptio desumpta *ex leg. vindicantem ff. de euict.*, de qua *Surd. decis. 99. num. 10., Rota coram Emerix iun. decis. 385. num. 7. in recen. par. 4. decis. 609. num. 3. par. 8. decis. 271. num. 17. & par. 11. decis. 41. num. 16.*, & in puncto, quod decima non debeatur ex fundo, qui fuit tanquam liber traditus ab Ecclesia decimante probat *Gard. Tusch. pract. conclus. Iur. conclus. 65. n. 7. & seq.*

Haud quaquàm refragante, quod Ius decimandi tanquàm Ius Spirituale, & onus intrinsecum, ac connaturale rei in quoscumque Possessores per concomitantiam inseparabilem transiens compræhendi nequiuerit sub dicta generali promissione libertatis, atque exemptionis ab omnibus, & quibuscumque oneribus. Quoniam obiectio fortasè procederet, si permutatio peracta esset cum extraneo, & aduersùs illum ageretur pro euictione, vel actione quanti minoris, iuxtà terminos authoritatum, quæ in opposito allegabantur; Secùs verò quando res est de contractu inito cum ipso Capitulo Decimatore, qui promisit libertatem, & exemptionem proprij fundi, quem in permutatione alteri Compermutanti assignauit, atque retrocessit sub dicta amplissima exemptionis obligatione, & postea agit contra ipsum pro decimis ex eodem fundo; hoc namque casu, cùm huiusmodi fundus tempore quo possidebatur ab eodem Capitulo Decimatore euaserit immunis à prætensa seruitute decimarum, istaque etiam, si antea fundus esset decimabilis, penitùs euanuerit, vtpotè quia consistere nequibat in re propria, vt inquit *Text. in l. in re communi ff. de seruitut. Vrb. præd.*, & in terminis decimarum *Text. in cap. licèt 11. de decim., Vitalin. in Clement. 1. num. 83. de decim., Thom. Vallasc. alleg. 84. num. 3. & 4., Vllelob. in summ. par. 2. tract. 33. difficult. 4. num. 4., Less. de Iust. & Iur. cap. 39. num. 23. sub vers. veriùs igitur, Lezzan.*

de decim. cap. 19. *num.* 8., *Treuisan. decis.* 29. *num.* 1., *& Rota decis.* 469. *num.* 10. *coram Cerr.*, *decis.* 528. *num.* 19. *coram Bich.*, *decis.* 986. *num.* 14. *coram Dunozett. Iun.*, *& in decis.* 27. *num.* 6. *& seqq. par.* 14. *recent.*, in dubium reuocari minimè debet, quod omissa ex parte Capituli expressa reseruatione prætensi Iuris decimandi, & sic constitutione noue seruitutis in ipso actu permutationis, ille, eadem retenta libertatis natura titulo permutationis prædictæ, omninò liber, atque exemptus in eundem Conuentum transierit iuxtà theoricam *Iacobi de Aren. in l. si is cui ff. de stat. liber.*, quam punctualitèr sequuntur *Benedict. de Plumbin.* ibidem *Boer. cons.* 47. *num.* 9., *Barthol. Cæpoll. de cautel. cap.* 239. *aliàs cauthel.* 92., *Bertazzol. de claus. claus.* 23. *glos.* 3. *num.* 5., *Cancer. var. resol. par.* 3. *cap.* 4. *num.* 210., & istis omnibus relatis *Cenc. de Cens. quæst.* 114. *sub num.* 4., *& in dicta secunda decisione huius Causæ ædita sub die* 11. *Februarij* 1715. §. *Quo verò coram Eminentissimo Scotto*; Alioquin ijdem Patres circumducti remanerent, cùm ipsi alitèr credere neutiquam potuerunt, quàm quod hortus vndequaque immunis à decimis, quæ antea non soluebantur ad eos transiturus esset, vt præcipuè aduertit, & probat *Hostiens. in cap. nuper* 38. *de decim. num.* 1. *verb. soluebantur* ibi = *Ergò à contrario si nulli soluebantur, nulli soluentur*, cum quo concordant *Fagnan. ibidem num.* 18. *& seq.*, *Butr. num.* 1., *Zabarell. num.* 5. *vers. nam si reperietur*, *& Rota coram Duran. decis.* 320. *num.* 6., *& in recen. decis.* 99. *num.* 14. *par.* 15.

Quin obstet assertio, quod cùm Capitulum ex horto prædicto ante factam permutationem perciperet decimas ab illius Conductoribus, ius decimandi dici non potuerit extinctum, minusque compræhensum in dicta promissione libertatis, quoniam præterquam quod ex solis locationibus exhibitis minimè probatum remanebat, Conductores prætensas decimas persoluisse, semper illa vrgebat ratio, quod Patres non tenebantur scire, an Capitulum suas Terras locaret, & sub quibus conditionibus, cùm aliàs eis notum esset, quod ius decimandi fructus horti ob implicantiam actionis, & passionis in eodem subiecto ex sola possessione iure dominij per Capitulum retenta iuxtà dispositionem Iuris remanserat extinctum; Vndè cùm ex huiusmodi ponderatione rationabilitèr præuidere nequiuerint eiusdem decimæ grauamen, hoc vtique sufficit ad effectum, vt illud sub promissione libertatis compræhendatur ex deductis per *Cyriac. contr.* 272. *num.* 53., *Osasch. decis.* 116. *num.* 4., *Tondut. resol. ciuil. cap.* 43. *num.* 1. *& seq.*, *Rota coram Emerix sen. decis.* 164. *num.* 2. *& seq. coram Benincasa decis.* 336. *num.* 9. *in recen. par.* 18. *decis.* 703. *num.* 34. *& seq. & par.* 19. *decis.* 163. *à num.* 34., & in puncto *eadem Rota in dicta Bononien. liberationis à molestijs* 27. *Martij* 1713. §. *Quin releuet coram R.P.D. meo Lancetta*, ea etiam vrgente ratione, quia per contractum onerosum, omni-

nibusque solemnitatibus munitum, nemini dubium est, quod potuerit acquiri exemptio à decimis, quatenùs etiam hortus apud Capitulum fuisset decimabilis, vt probant *Monet. de decim. cap. 5. quæst. 7. num. 129.*, *Germon. de Sac. Immunit. lib. 3. cap. 19. num. 42. 43. & 44. cum sequen.*, *Passarin. in decret. eodem tit. de decim. quæst. vnica art. 12. num. 253.*

Eoque certiùs id procedere videbatur in præsenti facti hypothesi, non solùm quia concurrebat correspectiuitas contractus emergens ex litteralibus verbis eiusdem permutationis Instrumenti ibi = *vt Capitulum remaneat cum dictis domibus liberis, & Conuentus cum libertate eiusdem Horti sibi cessi*= cùm eorum vigore quemadmodùm Patres Carmelitæ prædictas domos dimiserunt Capitulo liberas, & exemptas à quocumque onere etiam decimarum, ità iustum, atque æquum vndique fuit, quod Capitulum eundem hortum cum non dissimili libertate, & exemptione eis assignaret, ac retrodaret, aliàs admisso decimarum onere contractus pari ratione, & mensura nullatenùs regularetur contra naturam correspectiuorum, de qua *Gratian. discept. 924. num. 2.*, *Bonden. collect. legul. 21. num. 142. volum. 1. & collect. 5. num. 88. vol. 2.*, *Venturin. cons. 14. num. 32. & seq.*, *Menoch. cons. 92. num. 4.*, *Giurb. decis. 85. & seq.*, *& in Romana dotis super supplemento 26. Iunij 1705. §. Minusque coram R.P.D. meo Lancetta*, & æqualitas illa totiès commendata in contractibus, non secùs, ac in iudicijs penitùs prostrata remaneret aduersùs sancita *in leg. prouidendum Cod. de postulan.*, *l. si ex persona Cod. si aduersùs transact.*, *& Rota in Bononien. bonorum super relaxatione mandati 18. Iunij 1715. §. Quandoquidèm coram R.P.D. meo Crispo.*

Verùm etiam quia illa valida perurgebat animaduersio desumpta ex ipsamet libertate earumdem domorum ab onere decimarum in permutatione Capitulo assignatarum; nàm si Hortus ex virtute operatiua permutationis fuit in illarum locum subrogatus, vt ait *Text. in leg. Imperatores §. vltimo, & leg. sequenti ff. de legat. 2. leg. Venditor ff. de hæred., vel act. vend.* & monent *Decian. consult. 55. num. 76. & seq. lib. 3. Crauett. cons. 973. num. 1. & seq. Peregrin. de fideicomm. art. 40. num. 32. Bonden. collect. legal. 33. num. 191. lib. 2. Rota coram Coccin. decis. 1715. nu. 79. coram Emerix Iun. dec. 1223. num. 23. & in recent. decis. 434. num. 2. par. 19.* absolutum exindè euadit, quod debuit assumere qualitates omnes illarum domorum, in quarum locum subrogatus extitit, & sic etiam exemptionem ab onere decimarum, qua illæ peranteà fruebantur, quemadmodùm aduertunt *Giouagnon. cons. 22. n. 11. lib. 2. Ciroc. discept. 23. num. 75. Rota coram Bich. decis. 62. num. 7. coram Benincas. dec. 113. num. 3. decis. 157. num. 1. in rec. part. 18. decis. 251. num. 5., & post dissert. 16. Paulut. decis. 1. num. 35. & post dissert. 44. decis. 3. num. 1.* & in præcisis terminis, quod Prædium permutatum cum alio, quod obno-

obnoxium non erat decimarum oneri debeat pari exemptione gaudere, firmant *Soccin. sen. cons. 268. n. 4. lib. 2. Guttierez cons. 5. num. 20. & 21. Pelizar. manual. regul. tom. 2. tract. 8. cap. 8. n. 178.* optimè *Pirbing. in Ius canon. lib. 3. tit. 3. num. 77. Passarin. in decretal, ad tit. de decim. quæst. vnic. art. 5. §. final. Suarez de Relig. to. 1. tract. 2. lib. 1. cap. 20. num. 6.*, & referendo vniformem resolutionem Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium *Nicol. elucubr. can. lib. 3. tit. 30. de decim. sub num. 5.*

Minusque obsistebat responsio, quod cum Theorica hactenùs supposita originaria *Iacobi de Aren. in leg. si is cui ff. de stat. liber.* probè enucleata à *Benedicto de Plumbin.*, gemina præsupponat requisita, quod nempè res vendita, & habens infixum onus decimæ, vel census esset de libero dominio Vendentis, & ad istum pleno iure paritèr spectaret Decima ipsa, seù Census, qui vigore eiusdem contractus debet præsumi remissus, locum sibi vindicare nequeat in præsenti casu, in quo nec Hortus permutatus erat de dominio Capituli, sed tantùm fabricæ eiusdem Ecclesiæ nullum ius desupèr retinentis circa decimas, nec idem Capitulum aliam haberet in decimis partem, quàm illam simplicis Administratoris decimarum præcario nomine Reuerendissimi Archiepiscopi habentis tanquàm Parochi vniuersalis totius Diœcesis Hispalen. priuatiuum ius decimandi, adeoùt in his terminis præsumendum non sit, ipsum Capitulum vtì nudum Administratorem, & nomine tantùm fabricæ ineundo dictam permutationem remittere voluisse prædictas decimas in præiudicium eiusdem Reuerendissimi Archiepiscopi, & sic in contractum deducere alienam rem contrà regulam, de qua *Text. in leg. 2., & l. aliena ff. de pignor. act. in l. nemo plus Iuris ff. de regul. iur. cap. Pastoralis de donat. Card. de Luca de empt. & vendit. disc. 35. num. 3., & Rota decis. 66. num. 11. par. 12., & decis. 276. num. 7. par. 18.*

Etenim huiusmodi responsio non regit in Facto, nec releuat in Iure; Non enim subsistit in Facto, dùm in eo contrarium apertè conuincebatur, nàm si agitur de dominio Horti penès Capitulum, hoc clarè eruebatur ex eo, quod fabrica tanquàm vnita Capitulo vnicum constituit corpus, & massam Capitularem, vt patet ex depositionibus Testium hinc indè examinatorum datis *in Summar. Partium num. 3. & 4.*, & desumitur etiam ex ipso Instrumento permutationis, in quo Capitulum, eiusque Canonici non solùm Bona eiusdem fabricæ, sed etiam semetipsos obligarunt pro quacumque euictione, atque omnimoda libertate prædicti Horti, de qua docere promiserunt per attestationem Notarij eiusdem Capituli, quod vtique perspicuè demonstrat, dictum Hortum sub nomine Fabricæ ad ipsum Capitulum principalitèr pertinuisse, aliàs Canonici sese non obligassent, cùm quis contrahens nomine alieno non obliget nisi bona illius, cuius nomine contrahit, vt monent *Man-*

tic.

tic. de tacit. lib.8. tit.11. volum. primo, & Rota coram Merlin. decis. 202. num.8., & in rec. decis.644. num.8. par. 4. tom. 3. cum ibi concordan.

Si verò res est de pertinentia decimarum, clarè ostendebatur, eas nedùm spectare ad Archiepiscopum, sed etiam ad Capitulum, vtpotè prouenientes ex pijssima donatione Alphonsi Hyspaniarum Regis, qui vigore priuilegiorum à Sancta Sede concessorum Regibus Hyspaniarum in præmium expulsionis Saracenorum à Ciuitate Hispalen., eiusque Territorio cum ampla facultate disponendi de decimis, istas omnes donauit Archiepiscopo, & Capitulo Hispalensi, vt relata historia huiusmodi decimarum respondit *Rota in decisionibus Hispalen. Decimarum impress. in recent. decis.213. n.14. & seq. par.17., decis. 511. num. 1. & seq., & decis. 661. num. 18. par. 18.*, proindeque dici non poterat gessisse figuram simplicis Administratoris, quando vigore eiusdem donationis erat Condominus dictarum decimarum, & vt talis de illis semper disposuit, nedùm in dicta permutatione, sed etiam in alijs actibus, transigendo scilicet, atque illas remittendo absque vllo consensu, & priuatiuè quoad Archiepiscopum, vt etiam resultabat ex quadam transactione, & concordia anno 1711. cum Patribus Carthusianis inita, adeoùt in his terminis etiamsi condominium Capituli referendum esset ad titulum Administratoris, hæc semper intelligeretur libera, & tanquam in rem propriam, & sic talis naturæ, vt eius vigore validè potuerit omni tempore Administrator transigere, remittere, & permutare, etiam sine consensu Archiepiscopi, vt in consimilibus terminis animaduertit *Golin. de Procurat. par.4.cap.1. per tot., & signantèr sub num.8. vers. hinc fit.*

In Iure autem duplici, æquè valido remouebatur legali fundamento, quorum alterum in eo consistit, quod licèt Archiepiscopus sit Parochus vniuersalis totius Diœcesis, attamèn non omnes decimas sibi priuatiuè debitas dicere potest, quia si omnia Iura Parochialia competunt Ecclesiæ Metropolitanæ, cùm hæc ob defectum diuisionis Parochiarum dicatur Parochia uniuersalis, vt benè admonet *Franc. de Eccles. Cathed. cap.22. sub num.17., & Rota dec. 409. sub num.5. vers. & licèt par.2. diuers., & decis. 1163. sub num. 13. coram Pæn., & in secunda decisione huius Causæ §. Sententes coram Eminentiss. Scotto*, quemadmodùm exindè omnes decimæ dicuntur ad eam principalitèr spectare, ita illæ debent inter Archiepiscopum, & Capitulum diuidi, vt de decimis quomodolibet ad Cathedralem spectantibus expresè sancitum reperitur *in cap. vltimo ibi = Inter fratres diuidat de Offic. Custod., Fagnan. in cap. eum contingat num.29. de decim., Rebuff. de decim. quæst.7. num.13., Monet. eodem tract. cap.7. num.13., Rota coram Coccin. decis.254. n.4., & coram Larrea decis.174. num. 2., & dicta secunda decisione huius Causæ dicto §. Sententes coram Eminentissimo Scotto*, præsertìm in Re-

Regnis Hyſpaniarum, in quibus Eccleſiæ Cathedrales, Dignitates, & alia Beneficia fundata ſunt ſuper decimis, quemadmodùm aduertunt *Adden. ad Buratt. deciſ.* 402. *ſub num.* 6., *& Rota coram Gregor. deciſ.* 429., *& coram Cerr. deciſ.* 544. *vtrobique num.* 6., quo proindè ſtante iuridico titulo, inallegabilis redditur defectus poteſtatis ex parte Capituli, ſub obtentu, quod controuerſæ decimæ ad Archiepiſcopum ſpectent, cùm illæ comprahendi potuerint ſub illa portione decimarum, quæ exempta ab Archipræſulis participatione, & dominio fuerit eidem Capitulo aſſignata, vt benè ponderat *dicta ſecunda deciſio huius Cauſæ ædita* 11. *Februarij* 1715. §. *Vndè his ſtantibus coram Eminentiſs. Scotto.*

Alterum verò, & quidèm perurgens emergebat ex eo, quod huiuſmodi prætenſa incompetentia dominij Horti, & Decimarum hodiè à Capitulo allegata non ſolùm reſpiciebat exceptionem de iure Tertij, fabricæ nempè, & Reuerendiſſimi Archiepiſcopi, qui non ſe opponebat eidem remiſſioni decimarum, quinimò ſuper illa tàm in poſſeſſorio, quàm in petitorio fauore Patrum Carmelitarum pronunciauit, quod vtiquè eò magis oſtendebat, quod inanitèr Capitulum ſe tueri curaret eadem exceptione iuris Tertij, quàm ipſe Tertius nunquàm oppoſuit, ſed potiùs iudicialitèr reiecit mediante pronunciatione fauore eorumdem Patrum aduersùs libertatem adeò ſolemnitèr fauore Conuentus ſtipulatam, vt inquit *Text. in l.* 2. *ibique Bart. de except. rei iudic. l. ſicut Cod. de act. & obligat. Angel. de legitim. contradict. quæſt.* 10. *art.* 5. *num.* 62. 63. *&* 71., *& deciſ.* 65. *num.* 19. *coram Bich.*, *& deciſ.* 612. *nu.* 9. *coram Cerro.* Potiſſimè quando, proùt in caſu, illa vtitur agendo, ad tradita per *Text. in l. loci corpus* §. *competit ff. ſi ſen. virt. vindic. Surd. conſ.* 359. *num.* 13., *& Rota deciſ.* 259. *num.* 14. *coram Bichio*; ſed etiam repugnabat pluribus confeſſionibus Canonicorum ipſius Capituli, ex quibus conſtabat, decimas exigendas in contrada *de Triana*, in quo poſitus eſt Hortus controuerſus, ſpectare ad partem, & portionem Decani, & Capitularium, ac proindè nullo iure ipſi nunc allegare valent prætenſum ius Archiepiſcopi ob reſiſtentiam propriæ confeſſionis, cùm, hac concurrente, aduersùs eos vberior ſanè probatio pro decimarum pertinentia deſiderari nequeat, vt generalibus omiſſis in propria materia Decimarum reſpondit *Rota coram Remboldo deciſ.* 599. *num.* 2. *in Cracouien. Decimarum* 22. *Februarij* 1712. §. *Tantò magis coram Eminentiſs. Scotto, in Calaritana Decimarum ſuper manutentione* 26. *Iunij* 1713. §. *finali coram R. P. D. meo Cerro, in Burgen. Decimarum de Bellorado* 26. *Februarij* 1714. §. *Fortiùs coram R.P.D. meo Criſpo, & in dicta ſecunda deciſione huius Cauſæ* §. *Vndè coram Eminentiſs. Scotto.*

Conſtito itaque ex his, quod vtrunque extremum à dictis *Iacob. de Aren.*, *& Benedict. de Plumbin.* præſuppoſitum in enucleatione *dictæ leg. ſi is cui ff. de ſtat. liber.* concurrebat etiam in præſenti caſu,

sa, ficuti controuerti ampliùs nequibat illorum Theoricam, locum sibi vindicare pro libertate Horti fauore Patrum, ita frustrà Capitulum conuolare demonstrabatur ad prætensum defectum Beneplaciti Apostolici, cùm illius exceptio fortassè procederer, vbi remissio fuisset gratuita, non autem quando, vt in casu loco decimarum, idem Capitulum Decimator recepit fructus, qui retrahuntur ex domibus permutatis, & quidèm vberiores, quàm essent illi prouenientes ex Horto permutato; Talis enim actus non dicitur alienatio, sed potiùs subrogatio vnius rei loco alterius, & sic pro illo validando fuit plusquàm sufficiens decretum Reuerendissimi Nuncij, cùm alioquin in his terminis sola Ordinarij authoritate intercedente expleri valuisset, ad tradita per *Text. in cap. 2., ibique Innocent. de Transact.*, & in puncto probant *Monet. de decim. cap. 5. quæst. 2. num. 45., & quæst. 5. num. 120., Rebuff. eodem tract. qu. 13. num. 19. & seqq.*, & quod non requiratur Beneplacitum Apostolicum tradunt *Ancharan. in cap. fin. de pact. in 6. num. 1., & per tot., ibique Franch. ibidem, & signantèr num 2., Fagnan. in cap. cùm contingat num. 19., & in cap. nuper num. 24. versic. sed Domini de decim., & Rota dec. 218. n. 3. & seq. par. 7. rec.*

Quinimmò huiusmodi obiecti solutionis opportunitate, illa altera perurgens assurgebat Facti circumstantia magis, magisque perspicuam reddens fauore Patrum promissam libertatem ab onere decimarum, quod scilicèt domus permutatæ erant annui redditus ducatorum 230., maioresque etiam in dies promittebant pensiones tanquam positæ in optimo situ; Hortus verò non excedebat annuum fructum ducatorum 200., vt Partes fassæ fuerunt in eodem Instrumento permutationis, hoc enim stante, si Conuentus rem tradidit longè maioris redditus, in necessarium consequens emergit, quod illud plus valoris, & annui redditus compensatum censeri debeat cum remissione Iuris decimandi, aliàs contractus vacillaret in correspectiuitate libertatis dati, & recepti, penitusque inæqualis, atque læsiuus remaneret contra præsumptionem Iuris, de qua *Grat. cons. 257. num. 10. lib. 1., Cæphal. cons. 3. in fin., Crauett. cons. 972. num. 12., Bursatt. cons. 237. nu. 6. & seq., Mans. consult. 376. num. 19., & Rota coram Ludouis. decis. 553. num. 1., in rec. decis. 668. num. 10., & in Romana rescissionis contractus 18. Aprilis 1701. §. Attamèn coram Reuerendiss. Molines Decano, & in dicta decisione huius Causæ §. Vrgentior coram Eminentiss. Scotto.*

Et vlteriùs illa expressa, atque finalis causa, quod ex dicta permutatione considerabilis vtilitas resultaret Conuentui ibi = *Ex Horti &c. possessione considerabilis vtilitas &c. resultaret eidem Conuentui &c. quia posset tunc vnire Hortum prædictum cum altero, quem iam retinet &c. & exindè magis commodè posset vti non solùm fructibus ab vtrisque Hortis prcuenientibus, verùm etiam hærbis hortalitijs, vt exindè commodiori studio, alimtnto, & substentationi eorundem Reli-*

gio-

gioforum confulere poffet = remaneret prorsùs vana, si Hortus oneri decimarum obnoxius exifteret, cùm iam longè minoris redditus ducatorum 200. foret, pro quo fuit Capitulo traditus, nec per confequens confultum videretur commodiori ftudio, alimento, & fubftentationi eorumdem Religioforum, adeoùt non vtilitas, fed præiudicium Conuentus vndequaquè emergeret, talitèr quod non modò deficeret finalis caufa, ob quam moti fuerunt Patres ad contrahendum, & Reuerendiffimus Hifpaniarum Nuncius ad interponendum decretum, fed etiam inequalitas prædicta mirandum in modum augeretur, ad quam propter eà euitandam, interprætatio quælibet pro omnimoda remiffione eiufdem Iuris decimandi, facienda eft, ad tradita in terminis per *Bero. conf.70.num.49. verf. propter æquitatem vol.1., Burfatt. conf.173. num.33. verfic. fecundo ex æqualitate, & num.35. verfic. Rursùs etiam, Rota poft Vrceol. de tranfact. decif.172. fub num.7., & in Camerinen. Bonorum 17. Aprilis 1711. §. Admodùm coram R. P. D: meo Anfaldo, & in Pifauren. Emphyteufis 29. Ianuarij 1712. §. Deficiente coram eodem, & 2. Decembris eiufdem anni §. Scrutatis coram Eminentifs. Scotto.*

Accedente præfertìm ratione animatiua huiufmodi interprætationis defumpta ex eiufdem Inftrumenti verbis; nàm fi Hortus ad illorum tenorem erat vniendus cum altero veteri proprio ipfius Conuentus, atque ita ex dicta vnione, & incorporatione vnus idemque fieri fundus, ex quo ipfe vberiorès perciperet fructus pro commodiori fuftentatione Religioforum; En igitur, quod ficut antiquus Hortus ex obferuantia plufquàm centenaria gaudet omnimoda libertate ab onere decimarum, ita etiam tacitè videtur actum fuiffe inter Partes, quod nouus Hortus incorporandns antiquo, & vnicum corpus cum illo effectus, deberet affumere naturam fui Principalis, cui vniendus erat, atque totus immunis ab eodem onere decimarum, iuxtà monitum, de quo *Text. in cap. cum tua 30. de decim.* ibi = *non debeat vna, eademquè fubftantia diuerfo iure cenferi*= *Rebuff. de decim. q.14.n.20., Monet. eodem tract. cap.4. n.84.*, & confonat *Rota decif.256. n.14. coram Vbaldo.*

Inutile proindè erat allegare, quod Hortus moderno tempore vberiores reddat fructus, ac Patres cùm illos venditioni exponendo lucrum faciant faltèm ad ratam eorumdem fructuum venditorum, teneri debeant ad decimarum folutionem; Quia hìc non agitur de priuilegio gratiofo, in quo adaptari valeat quæftio, an ob incrementum reddituum, debeat illud pro indemnitate Decimantis moderari, fed res eft de contractu onerofo, & correfpectiuo, in quo Patres prædicti loco domorum, quas ipfi omninò liberas relaxarunt Hortum per viam permutationis æquè liberum receperunt. In hifce autem terminis fatis fuperque eft, quod conftet de Iuftitia contractus de tempore quo initus fuit, proùt tunc plenariè conftaffe probant documenta in ipfo Inftrumento inferta, quia tem-

tempus prædictum, non autem futurus, ac incertus euentus attendi debet, vt generalitèr animaduertunt *Cyriac. controu. forens. cap. 453. num. 62., Caren. resol. 68. nu. 9., Rota coram Emerix iun. decis. 942. num. 5., in Romana Associationis 3. Februarij 1702. §. Exclusis coram R.P.D. meo Lancetta, & in Auenionen. Donationis 1. Iulij 1707. §. Vt hinc in fine coram Reuerendiss. Molines Decano*, & in præcisis terminis Decimarum tradunt *Abb. in cap. suggestum 9. de decimis num. 6., ibique Zabarell. num. 2., & Gonzalez sub num. 4., ibidem pariter Barbos. nu. 5. vers. quod tamen procedit, Soccin. iun. cons. 60. num. 58. & seq. lib. 3., Natt. cons. 397. num. 14. lib. 2., Menoch. cons. 156. num. 34., Card. de Luca de decim. disc. 3. num. 13., & Rota decis. 675. num. 5. & 6. coram Cerro.*

Atque hinc elisa prorsùs remanebat altera obiecti pars respiciens prætensum ius decimandi super prædictis fructibus, ex quibus ob augumentum Patres lucrum faciunt, non solùm quia stante correspectiua euentualitate eiusdem contractus, quemadmodùm Patres aduersùs Capitulum opponere nequirent, quod pensiones domorum auctæ fuerint, pari equidèm ratione illud hodiè repelli debet à prætenso iure decimandi super eisdem fructibus ex proprio Patrum labore, & expensis ad vbertatem redactis, ita suadente non minùs æqualitate in contractibus correspectiuis seruanda, ad censuram *Text. in leg. Iulianus §. si à Pupillo ff. de act. empt., Bursatt. cons. 237. num. 6., Cyriac. contr. 592. num. 40., Mangil. de euict. quæst. 150. num. 16. & seq., Bonden. collect. legal. 5. num. 88. tom. 2., Fontanell. decis. 261. num. 8. & 9., Rota coram Buratt. decis. 295. num. 12.*, quam ratione adducta per *Text. in cap. fin. de priuileg.*, ne scilicet aliàs contingat eos plus dispendij, quàm vtilitatem recipere, quam exornat *Rebuff. de Decim. quæst. 14. num. 28. vers. de quibus*, & amplexa est *Rota coram Seraphin. decis. 807. n. 7., decis. 99. num. 8. par. 15. rec., & in Gnesnen Decimarum 10. Ianuarij proximè præteriti §. Sed hæc etiam coram Me.*

Sed etiam quià vtcumque admitteretur Ius decimandi supèr hisce fructibus, semper perdita extaret promissa exemptio, nullumque operetur effectum, minusque exindè consultum remaneret commodiori alimento Religiosorum, quinimmò illa verteret in maximam læsionem, & præiudicium eiusdem Conuentus ex illa ratione, quià si iste antè Permutationem ex domibus permutatis annuas pensiones ducatorum 230., & vltrò trahebat, illosque vndiquè immunes à solutione decimarum in sustentationem Religiosorum ad sui libitum conuertebat, reportata eadem amplissima exemptione, illaque considerabili vtilitate ex vnione vtriusque Horti, de qua Partes litteris rotundis prò finali causa mentionem gesserunt, atquè conuenerunt in eodem Permutationis Instrumento, nil aliud assequutus esset, quàm amittere illam originariam libertatem erogandi in causam alimentorum ipsorum

Pa-

Patrum illummet annuũ redditum loco pensionum domorum subrogatum cum eadem exemptione ab onere decimarum, qua anteà potiebatur, & sic exemptionis pactum existeret inutile, ac frustratorium, & id, quod in illius gratiam concessum fuit in eius dispendium retorqueretur contrà omnia Iuris principia, atquè regulas, vt de prima tradunt *Cephal. cons.87. num.10.*, *Becc. cons. 37. num. primo*, *Rocc. disput. Iur. cap. 121. num. primo vers. idquè & Rota in Romana Restitutionis hæreditatis super reseruatis* 21. *Ianuarij* 1704. §. *Et sanè coram R.P.D. meo Lancetta*, & de secunda est *Text. in cap.61. de regul. Iur. in 6. leg. quod fauore 6. Cod. de leg.*, *& Const.*, *& Rota decis.360. num.15. coram clar. mem. Cardinal. Cerro*, *& in Toletana Decimarum de Capilla quoad Parochos 3. Iulij 1702.* §. *complexiuè cor. Emo Scotto*.

Idquè semper, semperque firmius ergà Patres ex Iuris quoque dispositione reddebatur; nàm licèt etiam ad illius semitam, res tantummodò perpendenda foret, non alitèr definiri poterat quàm illorum, eorumque Conuentus fauore, illa valida perurgente ponderatione, quià agitur de Horto muris circumdato, & intrà septa Monasterij sito, quem proprio labore, ac sumptibus ad sui sustentationem Religiosi excolunt, in his enim terminis pro illius exemptione à quouis Decimarum onere, clarè militat dispositio *Text. in cap. ex parte* 10. *de decim.* egregiè enucleata per *Zabarell. ibidem antè numer.1.*, *Gonzalez num.3.*, *Fagnan. in cap. nupèr eodem tit. num. 13.*, *Passarin. in decretal. eodem tit. quæst. vnic. art.15. num.335.*, *& seqq.*, *Piringh. in Ius Canon. lib.3. tit.30. sect.30. num.54.*, *& seqq.*, *Suarez de Relig. tom.1. tractat.2. lib.1. cap.19. Couar. var. resolut. lib. primo cap.17. nu.9.*, *Rebuff. de decim. quæst.13. nu.103.*, *Guttierez canonic. quæst. lib.12. cap.21. sub num.26.*, *R.P.D. Petra ad Constit. Apostolic. tom.2. ad Constit. 6. Honorij III. num.85. Pereira decis. Portugal.91. num.3.*, *& Rota decis.853. num.2. coram Manzaned.*

Nullatenùs refragante, quod exemptio prædicta intelligenda sit de fructibus Hortorum, qui intrà necessarium Religiosorum vsum colliguntur, non autem de alijs, qui vltrà eundem vsum per Partes publicè venundantur; Etenìm præterquamquod tale priuilegium pro hisce Hortis elargitum vti nullo fructuum genere restrictum, generalitèr intelligendum esset, vt ait *Gonzalez in d. cap. ex parte num.3. de Decim.*, semper vrgere visa fuit responsio, quod cum omnes fructus ex controuerso Horto recollecti, vt concorditèr deponunt plures Testes, detractis necessarijs expensis, non excedant annuum redditum scutorum 240. prorsus insufficientem, ac imparem pro sustentandis Religiosis in numero 53. degentibus, & inhabitantibus prædictum Cænobium Sanctæ Mariæ, ac proindè adeò incontrouertibilis euadat eiusdem Conuentus Paupertas, vt ijdem Religiosi cogantur ostiatìm quæstuare pro consulendo domesticis, & necessarijs indigentijs, vt deponunt ijdem Testes, de

de quibus in *Summario Patrum num.3.*, *&* 5., manifestum exindè redditur, quod si aliqua species fructuum magis affluentèr in Horto producta vendatur, non ad lucrum, sed ad comparandas aliàs species fructuum opportunas dictæ sustentationi, quæ in Horto non sunt, non idcircò cessare debet Priuilegium, vigente adhuc ratione erogationis in propriam sustentationem, quæ est principalis basis priuilegij ad tradita per *Text. in leg. Illud 32.*, *ibiquè Gloss. ff. ad leg. Aquil.*, *&* *Rota coram Priolo decis.* 229. *num.*8., *&* *coram Dunozett. Iun. dec.657.n.10. relat. in d. secunda Decisione huius Causæ* §.*Ratio illa cor. Emo Scotto*.

Eoquè fortiùs quando, proùt hìc, nullum est assignabile præiudicium Decimatoris, in quo stat ratio restringendi exemptionem ad fructus pro vsu proprio: nàm si ipse haud quaquam Decimas prætendere posset vbi Hortus produceret species fructuum in qualitate, & quantitate necessarias vsui, & sustentationi Religiosorum, pari æquidem ratione nequit eas percipere ex illa specie fructuum, quæ licèt percipiatur in quantitate excedente illorum vsum, est tamen necessaria, vt ea mediante per viam venditionis comparentur, & emanantur aliæ species fructuum Vini, nempè, aut Olei, & similium, quibus pernecesse indigent Religiosi ad necessariam vitæ sustentationem. In his enim facti circumstantijs cùm venditio, & permutatio in nullum lucrum, vel mercimonium deflectat, sed potiùs præseferat subrogationem vnius rei loco alterius magis necessariæ, nedùm indistinctè procedere debet priuilegium exemptiuum, quià indistinctè etiam vrget ratio eiusdem Priuilegij quoad veram; & propriam conuersionem in vsum Religiosorum iuxtà *Gloss. in Clement. quià contingit verb. vsus suos de Religiosos Dom.*, *Marc. Anton. Marsil. de reddit. Eccles. part. prima cap.*27. *num.*4., & in in indiuiduo *probat Colleg. Salmaticen. curs. moral. tom.*4. *tract.*18. *cap.*3. *de Priuileg. Regul. punct.*2. *num.*67., *latiùs Rota in secunda Decisione huius Causæ* §.*Non obstat*, *&* *sequen. coram Eminentissimo Scotto*, verùm etiam petitio Decimarum super huiusmodi fructibus in tot pauperum Religiosorum sustentationem, erogandis quodammodò repugnare videbatur innatæ pietatis eiusdem Capituli, cum de his profectò fructibus tanquam modicis piæ matri Ecclesiæ addicti haud debent esse nimis solliciti, nèc auidius ad Decimæ per solutionem Possessores adigere, & coarctare, vt monet *Gloss. in cap. commissum vers. Pascuis de Decim.*, *Eminentissimus de Luca in tract. de Decim. disc.*14. *num.*12., *&* *seqq.*, *Rota decis.*232. *num.* 14. *part.*17. *recent.*, *&* *in Pampilonen. Decimarum* 14. *Iunij* 1688. §.*non obstat coram clar. mem. Cardinali Caprara*, *&* *in Nullius Tudelæ*, *seù Tirasonen. Decimarum* 3. *Iulij* 1702. §. *Et reuerà cor. Emo della Tremoille*.

Hucusquè siquidem perpensa eò fortiùs sibi locum hìc vindicare Domini animaduertebant, cum fauore Patrum militaret etiam

lon-

longæua obseruantia ex eo emergens, quod Capitulum ab anno 1652. quo recensita Permutatio peracta fuerat vsquè ad annum 1693. nusquàm iudicialitèr, aut extraiudicialiter decimas petijt à controuerso Horto; Huiusmodi enim diuturna obseruantia, atquè quadragenaria possesso, in qua extitit Conuentus neutiquam soluendi vllam decimam ex fructibus eiusdem Horti, si consideranda est in linea interpretatiua, clarè vtiquè conuincebat libertatem, & Immunitatem eiusdem Horti à controuersis Decimis, cùm illa melior dari nequeat Interpræs ad declarandum quid reuerà in contractu compræhensum fuerit, vt in terminis respondit *Rota in recent. part. 19. decis.437. num. 12. post Salgad. Laber. Credit. decis. 38. num. 15., & in Cesenaten. Legitimæ super bonis emphytbuticis* 18.*Februarij* 1705. §. *Et demùm adstipulatur, coram Eminentissimo Domino Cardinali Priolo*; Si verò recensenda venit in linea præscriptiua vtpotè quadragenaria fretæ etiam titulo saltem colorato desumpto tam ex dicto contractu Permutationis, quam ex peculiaribus priuilegijs Apostolicis Carmelitarum Ordini concessis, de quibus *Lezan. in Maremagn. & Regul. Carmelit*; §.18.*fol.*207., & §.46. *tom.*3., & ista ex se sola præstabat sufficientem exemptionem à Decimis, vt inquit *Text. in cap. primo de præscript., Couarr.var.resol.lib. primo cap.17. num.*10. *Gratian. discept.* 595. *num.*76., *Rebuff. de Decim.quæst.*13. *num*,81., *Monet. eodem tract. cap.* 5. *num.*102., & 112., *Bonden. collect.*14. *num.*111., & *seq. lib.*2., *Rota decis.*203. *num. primo par.* 5., *decis.*23. *num.*1., & *seq. part.*6., *decis.* 344. *num.* 12. *part.*13. *recent.*, & *coram R.P.D. meo Ansaldo decis.* 78. *num.*66. *præsertim quando agitur inter duas Ecclesias, vt animaduertunt Couarr. var. resolut. cap.*17. *num.*8. *vers. Primum hinc, Rebuff. de Decim. quæst. prima num.*31. *in fine, & Rota decis.*35. *num.*9 *part.* 19. *recentior.*, adeoùt quemadmodum apud D.D. semper, & vtroque modo perspicuum redderetur bonum Ius eorundem Patrum, ità ipsi conuenire pro firmitate eiusdem exemptionis non hæsitarunt, sectando in hoc responsum Pauli in *leg.*23. ibi = *minimè sunt mutanda quæ interpretationem certam semper habuerunt = ff. de leg.*

Et ità vtraque Parte virilitèr informante resolutum fuit.

ROMÆ, 1716. Typis Reu. Cam. Apostolicæ)(*Superiorum permissu.*



